

ITEM^p.

XXII. DE LATRONIBUS.

De latronibus praecipimus^q observandum, ut pro prima culpa unum oculum^r perdat; de alia vero nasus ei truncetur. De tertia culpa, si non emendaverit, moriatur^s.

5

Ben. Lev. 1, 206 S. 56, 62–66. Bearbeitet: De latronibus ita praecipimus observandum, ut pro prima culpa non moriatur, sed unum oculum perdat; de alia vero culpa nasus ipsius latronis truncetur; de tertia culpa, si se non emendaverit, morietur. *Baluze druckt* moriatur, morietur *Pertz* (so liest der *Gothanus I 84, die lectio communis lautet* moriatur). – Vgl. auch *Add. 4, 142 S. 155, 42–46.*

10

ITEM^t.

XXIII. DE DIE DOMINICO.

Si quis die dominico opera servilia fecerit, liber homo, si boves iunxerit, dextrum bovem perdat. Et si alia, quę prohibita sunt, fecerit, sacerdotibus illa emendet, sicut de reliquis negligentiis iudicibus emendari solet, et penitentiam insuper accipiat. Similiter de praecipuis festivitibus.

15

Ben. Lev. 1, 340 S. 66, 22–29. Formal und inhaltlich stark verkürzt: Si quis die dominico opera servilia fecerit liber homo, si bovem iunxerit et cum carro ambulaverit, dextrum bovem perdat. Et si alia, quae canonica auctoritate prohibita sunt, servilia opera fecerit, sacerdotibus illa emendet, sicut de reliquis negligentiis iudicibus emendari solet, et ab ipsis sacerdotibus poenitentiam iuxta modum culpa accipiat. Similiter et de praecipuis festivitibus observari placuit.

20

ITEM^u.

XXIII. DE EMPTO A FURE.

Si quis de fure nesciens aliquid emerit, quęrat accepto spatio venditorem^v. Quem si non potuerit invenire, probet se sacramento innocentem, et rem restituat et furem querere^w non omittat. Quod si furem celaverit et periurasse postea detectus fuerit, tamquam fur et ipse damnetur. | 81v 4375 |

25

30

Ben. Lev. 1, 344 S. 66, 60–66 verkürzt: Si quis de fure nesciens aliquid conparaverit, quaerat accepto spatio venditorem. Quem si non potuerit invenire, probet se cum sacramento et testibus innocentem, et quod apud eum cognoscitur restituat, et furem quaerere non desistat. Quod si furem celare voluerit et periurans postea detectus fuerit, tanquam ille fur, ita iste in crimine

35

p') fehlt 1568 Bal. q') praecipibus (!) Bal. r') oculum 1568. s') korr. aus morietur 4375; morietur 1568 Bal. t') fehlt 1568 Bal. u') fehlt 1568 Bal. v') furem 1568 Bal. w') korr. aus querere 4375.